OBSERVATIONVM

DIVINI ET HVMANI IVRIS LIBER I.

In quo explicantur. L. Dominico, de Spectaculis in Cod. Theod. & L. Omnes dies, C. de feriis: indéque ſumpta occaſione, de priſcis dierum appellationibus, ac præcipuis Chriſtianorum feſtiuitatibus, necnon de vetuſtis baptiſmi ritibus, & ſpectaculorum abrogata licentia, iudicialibúſque præterea, feriis, multa ſcitu ac cognitione digna tractantur.

PARISIIS,

In Ædibus Rouillij, via Iacobæa, ſub ſigno Concordiæ.

1564.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Coll. Soc. Iesu S...m. ex dono Regum
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

V. C. CHRISTOPHORO THVANO PARISIENSIS CVRIAE PRIMICERIO PRAESIDI, SACRIQVE AVDITORII ET CONSISTORII CONSILIARIO. S.

SERA *gratulatio,* VIR CLARISSIME, *æquiori longe animo atque ſera conſolatio excipi ſolet. Nam hæc quidem niſi in tempore & in ipſo moleſtiarũ puncto, articulòque adhibeatur, doloribus mederi non poteſt, qui cum longitudine temporis conſenuerint, ad eos leniendos comparatam orationem qui tardius adferunt aut, curato iam vulneri remedia ferentes, ridiculos, aut vlcus commemoratione refricando, moleſtos ſe præbent. Argumento eſt ſcitum Auguſti reſponſum*

AD L. DOMINI-CO DE SPECTACVLIS in C. Theod. Commentarius.

DOMINICO, *qui ſeptimanæ totius primus eſt dies, & Natale, atque Epiphaniorum Chriſti, Paſchæ etiam & quinquageſimæ diebus, quandiu cœleſtis lumen lauacri imitantia nouam ſancti baptiſmatis lucem veſtimenta teſtantur, quo tempore, & commemoratio apoſtolicæ paßionis totius Chriſtianitatis magiſtræ à cunctis iure celebratur, omni Theatrorum atque Circenſium voluptate per vni-*